



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

Ex prohibiti sunt apostoli ne irent quo volebant. ca. lxxxiiij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Actuum apostolorum

deles qui erant iudaei. Hunc constituit paulus episcopus eorum, sed circumcidit eum pro tollendo scandalo iudeorum: ne scandalizarentur quod haberent episcopum incircumcisum, non quod legalia post veritatem euangelii essent necessaria. paulatim tamen non subito iudei erant tolerantia, et quasi cum honore mater sepelienda fuit. Postea eduxit secum paulus timotheum, et transientes per ciuitates precipiebat obseruari decreta apostolorum et seniorum qui erant in hierusalem: et ecclesie confirmabantur et multiplicabantur.

Quod prohibiti sunt apostoli ne irent quo volebant.

Capitulum LXXXIII.

Transientes autem

frigiam et galatiam regionem volentes ire in asiam minorem: prohibiti sunt a spiritu sancto qui sciebat corda hominum, quia tunc non essent credituri. Noluit ergo spiritus sanctus sanctum dari canibus, et impios de contemptu predicationis grauius damnari. Voluit etiam has puincias alijs apostolis reseruare, philippus namque et iohannes predicauerunt in asia minori. Lucas in bithynia a qua similiter a spiritu sancto sunt prohibiti: et ita due cause redduntur quare prohibiti sunt ab huiusmodi puincijs. Vel ne sanctum daretur canibus, vel quia destinati erant a spiritu sancto alijs apostolis, asia minor iohanni bithynia. Luce Origenes ubi agit de puincijs et de decimis dandis sacerdotibus reddit tertiam causam. Dicit enim quod deus prouidens seruicis suis alimoniam corporalem: ab huiusmodi puincijs discipulos propter famem prohibuit, propter illam scilicet maximam famem in qua helena sustentauit fratres pauperes qui erant in hierusalem, que facta est quarto anno claudij. Nec fuit hec helena mater constantini, sed regina abigenorum, cuius anno re captus est rex abigenorum, et ea in yroez accepit et concepit ex eo. Et cum nocte dormiret cum ea, et posuisset manum suam super vterum pregnantis, audita est ab eo vox in hunc modum. Vide ne ledas puerum, quia magnus futurus est in mundo. Et audita voce huiusmodi: stupefactus dixit hoc yrozi sue. Postea puerum natum cum summa diligentia nuntiarunt, et mortuo patre puer factus est rex, et commendat iste in muliere. Et hec est causa com-

mendationis, quia audisset unum deum colli iudeis: coluit eundem, et suscepit circumcisionem et ritus iudeorum. Huius mater helena veniens hierusalem inuenit fratres fideles in hierusalem inedia laborantes quod erat tempus famis, et emit granum vnde quatuor, quia attulerat argenti copiam ad emendum, et sustentauit fratres qui erant in hierusalem. Et cum adhuc esset in iudea, nunciatum est ei quod mortuus esset filius eius et statim redijt et fecit extra hunc cadaver de sepulcro, et repositum in iudeam, et fecit non longe a hierusalem extrui duo mausolea, et in altero repositum corpus filij, et precepit cum mortua esset in altero corpus suum reponi, et sic factum est, et adhuc apparent vestigia mausoleorum, et putant multi decem prius esse mausoleum helene matris constantini.

De visione que apparuit paulo nocte.

Capitulum LXXXV.

Quoniam pertransiit

sent missam paulus et socij eius: venerunt troadem, et ostensa est paulo visio per noctem. Apparuit ei vir macedo id est, angelus illius gentis assimilatus viro macedoni: proprietate lingue vel forma specialis, stans et deprecans eum et dicens, Transiens in macedoniam adiuua nos. Et hoc verbum videtur fuisse homo non angelus. Non enim egent angeli auxilio nisi dei. Sed habuit angelus assumptam personam macedonum. Et autem visum vidit statim quesitum, proficisci in macedoniam: certi facti quod vocasset nos deus euangelizare eis. Et nota quod dictus est quesitum. Hic enim primo ostendit lucas se comitem fuisse pauli, forte et nunc primo adhesit ei, vnde nusquam in precedenti ait ventum, sed vbiq; venerunt, et similia. Hic autem primo comisciscit se socijs pauli, vide quoque quod vbi dicitur erat vir macedo stans. Super hoc verbo stans glosa habet modica. Angeli semper stare dicuntur. Cui plerique adherentes, in antiphona pascali sedit angelus, emendant, stetit angelus, sed errant. Intelligentus est semper in hoc libro, cum legantur in euangelio angeli sedit ad monumentum. Nauigantes autem a troade recto cursu venimus samothraciam et sequenti die philippis: que est prima ciuitas macedonie, id est venientibus a mari prima occurrit, et erat colonia. Dicitur autem